

## 7. De quinto praecepto legis

&lt;XXI Quintum praeceptum&gt;

„Non occides.“ (Exod. XX,13)

**1258.** – In lege divina, per quam ordinamur ad dilectionem Dei et proximi, praecipitur non solum facere bonum, sed etiam declinare a malo. Inter alia autem maius malum quod possit fieri proximo, est occidere eum; et hoc prohibetur cum dicitur, „Non occides“.

**1259.** – [...] Quidam enim dixerunt, quod non licet occidere etiam bruta animalia.<sup>1</sup>

Sed hoc falsum est, quia non est peccatum uti illis quae sunt subdita hominis potestati. Est etiam naturalis ordo quod plantae sint in nutrimentum animalium, et quaedam animalia in nutrimentum aliorum, et omnia in nutrimentum hominum. *Gen.* IX,3: „Quasi olera virentia tradidi vobis omnia“. [...] Ergo, non occides homines.

**1260.** – Quidam dixerunt hic prohibitum esse homicidium hominis omnino. Unde homicidas dicunt esse iudices saeculares, qui condemnant secundum leges aliquos.

Contra quos dicit Augustinus, quod Deus per hoc praeceptum non abstulit sibi potestatem occidendi:<sup>2</sup> unde *Deut.* XXXII,39: „Ego occidam, et vivere faciam“. Est ergo licitum illis qui mandato Dei occidunt, quia tunc Deus facit. Omnis enim lex mandatum Dei est. *Prov.* VIII,15: „Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt“. Et Apostolus, *Rom.* XIII,4: „Si malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est“. [...] Est ergo sensus: „Non occides“ propria auctoritate.

<sup>1</sup> Nach Augustinus handelt es sich um die Manichäer: vgl. *Contra Faustum* VI 6.8 (CSEL 25,292,7-294,13; 296,3-299,21); *De civitate Dei* I 20 (CCL 47,22,1-23,41 40,37ff.); nach Epiphanius um die Markioniten: vgl. *Panarium* XLII 24 (PG 41,739-742).

<sup>2</sup> Vgl. Augustinus, *De civitate Dei* I 21 (CCL 40,23,1-21).

## 7. Das fünfte Gebot des Gesetzes

&lt;XXI Das fünfte Gebot&gt;

„Du sollst nicht töten.“ (Ex 20,13)

**1258.** – Im göttlichen Gesetze, durch das wir in die rechte Ordnung zur Gottes- und Nächstenliebe gesetzt werden, wird uns geboten, nicht nur das Gute zu tun, sondern auch das Böse zu meiden. Das Schlimmste aber, das wir dem Nächsten antun können, ist, ihn zu töten. Das eben verbietet das Gebot: „Du sollst nicht töten.“

**1259.** – [...] Einige haben behauptet, auch vernunftlose Tiere dürfe man nicht töten.

Das ist nicht richtig. Es ist keine Sünde, von dem, was der Gewalt des Menschen unterworfen ist, Gebrauch zu machen. Auch liegt es in der Ordnung der Natur, daß die Pflanzen den Tieren zur Nahrung dienen; einige Tiere wieder anderen und beide, Pflanzen und Tiere, dem Menschen. „Alles, was sich regt und lebt, sei euch zur Speise, wie das grüne Kraut gebe ich euch alles“ (*Gen* 9,3). [...] Menschen also darf man nicht töten.

**1260.** – Nun haben einige behauptet, durch dieses Gebot sei jede Tötung eines Menschen unbedingt verboten, und es seien daher auch die weltlichen Richter, welche andere dem Gesetze gemäß zum Tode verurteilen, wirkliche Mörder.

Gegen diese erklärt der heilige Augustinus, daß Gott durch dieses Gebot sich selbst die Gewalt zu töten nicht genommen habe: „Ich bin es, der tötet und lebendig macht“ (*Dtn* 32,39). Denen, die auf göttlichen Auftrag hin töten, ist die Tötung erlaubt, weil durch sie Gott handelt. Denn jedes gültige Gesetz muß auf göttlichem Auftrag beruhen. „Durch mich regieren die Könige und verordnen die Gesetzgeber, was recht ist“ (*Spr* 8,15); „Wenn du aber Böses tust, so fürchte sie [die obrigkeitliche Gewalt], denn sie trägt das Schwert nicht umsonst, denn sie ist Gottes Dienerin“ (*Röm* 13,4). [...] Es ist also der Sinn dieses Gebotes: Du sollst nicht eigenmächtig töten.

**1261.** – Alii vero dixerunt, quod per hoc quod dicitur, „Non occides“, prohibetur non occidere alium; unde dicebant, quod licitum erat occidere seipsum.<sup>3</sup> [...]

Sed ad hoc respondet Augustinus *ibidem*, dicens: „Qui se occidit, hominem utique occidit.“<sup>4</sup> Si ergo hominem non licet occidere, nisi auctoritate Dei: ergo nec seipsum [...]

<XXII De eodem>

**1262.** – „Non occides.“ - Sciendum est etiam, quod hominem occidere contingit multipliciter.

Primo manu. *Isai.* I,15: „Manus vestrae sanguine plenae sunt“: quod quidem est non solum contra caritatem qua praecipitur ut diligas proximum sicut teipsum: I *Ioan.* III,15: „Omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem“; verum etiam contra naturam: quia, ut dicitur *Eccli.* XIII,19, „Omne animal diligit sibi simile“. [...]

Item ore. Et hoc fit dando consilium alicui contra aliquem, provocando, accusando et detrahendo. *Psal.* LVI,5: „Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus“.

Tertio adiutorio. *Prov.* I,15: „Fili mi, ne ambules cum eis [...] pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem“.

Item consensu. *Rom.* I,32: „Digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus“.

[...] [E]t iterum si vires suppetunt, sed dimittis negligentia vel avaritia. Ambrosius: „Pasce fame morientem: si non paveris, occidisti“.<sup>5</sup>

**1263.** – Et sciendum, quod aliqui occidunt solum corpus, de quo dictum est; alii animam, auferendo vitam gratiae, trahendo scilicet ad peccatum mortale. *Ioan.* VIII,44: „Ille homicida erat ab initio“, in quantum scilicet traxit ad peccatum.

<sup>3</sup> Vgl. *Ri* 16,30; Augustinus, *De civitate Dei* I 23 und 26 (CCL 47,24,1-25,24 und 26,1-27,36) mit Verweis auf Cato; ferner Cicero, *Tusculanae disputationes* I 30,74 (ed. Pohlenz, 255,1-11); *De officiis* I 31, n. 112 (ed. Büchner, 96/97); Ambrosius, *De virginibus* III 7 (PL 16,229-232); Eusebius, *Historia ecclesiastica* VIII 12 (SC 55,25-26).

<sup>4</sup> Vgl. Augustinus, *De civitate Dei* I 20 (CCL 47,23,40f.).

<sup>5</sup> Vgl. vielmehr Leo der Große, *Sermo* IV 2 (PL 54,491A).

**1261.** – Andere behaupteten, daß durch die Worte: „Du sollst nicht töten“ nur verboten werde, einen anderen zu töten; und sie behaupteten deshalb, sich selbst zu töten sei erlaubt. [...]

Hierauf antwortet Augustinus: „Wer sich selbst tötet, tötet doch gewiß einen Menschen.“ Wenn es aber nicht erlaubt ist, einen Menschen zu töten – es sei denn aus göttlicher Vollmacht – dann darf man auch sich selbst nicht töten. [...]

<XXII Über dasselbe Thema>

**1262.** – „Du sollst nicht töten.“ - Es ist zu beachten, daß ein Mensch auf vielfache Weise getötet werden kann.

Zunächst durch handgreifliche Gewalt. „Eure Hände sind voller Blut“ (*Jes* 1,15). Das ist nicht nur gegen die Liebe, die den Nächsten wie sich selbst zu lieben gebietet – „Kein Mörder hat das Ewige Leben bleibend in sich“ (1 *Joh* 3,15) –, sondern auch gegen die Natur, denn „jedes Lebewesen liebt seinesgleichen“ (*Sir* 13,19). [...]

Dann mit dem Munde: durch Anstiftung. „Der Menschenkinder Zähne sind Waffen und Pfeile, und ihre Zunge ist ein scharfes Schwert“ (*Ps* 57 [56],5).

Weiter durch Beihilfe: „Mein Sohn, wenn dich die Sünder locken, folge ihnen nicht. [...] Denn ihre Füße laufen zum Bösen; und sie eilen, Blut zu vergießen“ (*Spr* 1,15).

Auch durch Billigung: „Todeswürdig sind nicht nur die, die das tun, sondern auch die, die den Tätern zustimmen“ (*Röm* 1,32).

[...] Endlich durch Geiz. Ambrosius sagt: „Speise den vor Hunger Sterbenden, wenn du ihn aber nicht speisest, hast du ihn gemordet.“

**1263.** – Die einen töten nur den Leib; davon ist gesprochen. Andere töten die Seele, wenn sie zur Todsünde verleiten, und so das Leben der Gnade rauben. Der Teufel „war ein Mörder von Anbeginn“ (*Joh* 8,44), weil er den Menschen in die Sünde riß.

Alii autem utrumque, et hoc dupliciter. Primo in destructione praegrnantium: occiduntur enim pueri in corpore et in anima. Secundo interficiendo seipsum.

<XXIII De eodem>

**1264.** – „Non occides.“ - Christus dat in Evangelio, *Matth.* V [21sq.], quandam doctrinam, quae est, quod iustitia nostra debet esse maior iustitia legis. [...]

**1266.** – Debet autem quilibet [...] ab ira cavere.

A) Primo ne cito provocetur. *Iac.* I,19: „Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram“.

Et ratio est, a) quia ira peccatum est, et punitur a Deo.

**1267.** – Sed nunquid omnis ira est contraria virtuti? Circa hoc duplex est opinio. Stoici enim dixerunt, quod nulla passio cadit in sapientem; immo volebant quod vera virtus esset in quiete mentis.<sup>6</sup> Peripatetici autem dixerunt, quod ira cadit in sapientem, sed moderata:<sup>7</sup> et est opinio verior.

Et patet primo auctoritate, quia in Evangelii invenimus istas passiones Christo attributas, in quo fuit fontalis plenitudo sapientiae.

Secundo patet ratione: nam si omnes passiones virtuti contrarientur, essent aliquae potentiae animae quae essent frustra, immo quae essent homini in nocumentum, quia non haberent aliquos actus convenientes. [...]

**1268.** – Et ideo dicendum est, quod aliquando ira est virtus, aliquando non. Accipitur enim ira tripliciter.

Primo prout est in solo iudicio rationis absque commotione animi; et ista non dicitur proprie ira, sed iudicium. Sic enim Dominus puniens malos, iratus dicitur. [...]

Secundo accipitur prout est passio. Et ista est in appetitu sensitivo. Et est duplex: quia aliquando ordinatur ratione et continetur sub terminis rationis, quando scilicet quis irascitur quando debet et quantum debet et pro quo debet, et huiusmodi: et tunc est actus virtutis, et dicitur ira per zelum.

<sup>6</sup> Vgl. Augustinus, *De civitate Dei* IX 4 (CSEL 40,410f.); Cicero, *Tusculanae disputationes* IV 15,34-17,38 (ed. Pohlenz, 377,22-380,11).

<sup>7</sup> Vgl. Augustinus, *ibid.*; Cicero, *Tusculanae disputationes* IV 17,38-18,42 (ed. Pohlenz, 380,2-381,24).

Wieder andere aber töten Leib und Seele durch den Mord des Kindes im Mutterschoße und durch Selbstmord.

<XXIII Über dasselbe Thema>

**1264.** – „Du sollst nicht töten.“ - Christus lehrt im Evangelium, daß unsere Gerechtigkeit größer sein müsse, als die der Pharisäer und Schriftgelehrten. (*Mt* 5,21f.). [...]

**1266.** – Jeder muß sich also [...] vor dem Zorn hüten.

A) Zunächst dürfen wir uns nicht schnell zum Zorn hinreißen lassen. „Jeder sei schnell zum Hören, aber langsam zum Reden und langsam zum Zorne“ (*Jak* 1,19).

a) Denn der Zorn ist Sünde und wird von Gott bestraft.

**1267.** – Ist denn aber jeder Zorn der Tugend entgegen? Darüber gibt es zwei Meinungen: Die Stoiker lehrten, den Weisen dürfe keine Leidenschaft befallen; denn die wirkliche Tugend bestehe in der Ruhe des Geistes. Die Aristoteliker dagegen lehrten, der Weise dürfe wohl zornig sein, aber es müsse ein maßvoller Zorn sein. Diese Auffassung ist die richtigere.

Das zeigt das Evangelium, worin wir solche Leidenschaften Christus, der quellhaften Fülle der Weisheit, zugesprochen finden.

Das lehrt auch die Vernunft; denn wenn alle Leidenschaften der Tugend widersprächen, dann gäbe es Anlagen der Seele, die sinnlos, ja: dem Menschen schädlich wären, weil sie nicht verwirklicht werden dürften. [...]

**1268.** – Das Wort Zorn kann auf dreifache Weise verstanden werden.

Erstens kann es lediglich ein Urteil der Vernunft ohne Erregung des Gemütes bedeuten; dann ist es kein wirklicher Zorn, sondern eben ein Vernunfturteil. So wird der Herr, wenn er Böse bestraft, zornig genannt. [...]

Zweitens wird darunter eine Leidenschaft verstanden, und dann besteht der Zorn in einem sinnhaften Begehren. Wird diese Leidenschaft durch die Vernunft gelenkt und in den Grenzen der Vernunft gehalten, dann ist dieser Zorn ein Akt der Tugend und heißt zürnender Eifer.

Unde Philosophus dicit, quod mansuetudo non est nullo modo irasci.<sup>8</sup> Ista ergo ira non est peccatum.

**1269.** – Est et tertia ira quae refugit iudicium rationis: et ista semper est peccatum; sed aliquando veniale, aliquando est mortale: et hoc distinguitur ex eo quod ad iram incitat. [...]

**1271.** – b) Secunda ratio quare debemus non provocari cito ad iram, est quia omnis homo diligit libertatem et odit servitutem. Non est autem iracundus dominus sui ipsius. [...]

**1272.** – B) Secundo cavere debet ne diu in ira permaneat. [...] *Ephes. IV,26*: „Sol non occidat super iracundiam vestram“. [...]

**1273.** – C) Tertio cavere debet ne in ira procedat. Primo in corde, quod fit quando pervenit ad odium. Est enim differentia inter iram et odium, quia ira subita est, odium vero diuturnum; et ideo est mortale peccatum. I *Ioan. III,15*: „Qui odit fratrem suum, homicida est“. Et ratio huius est, quia et se interficit spoliando se caritate, et alium. Augustinus, in regula: „Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, et trabem faciat de festuca, et animam faciat homicidam.“<sup>9</sup> [...]

**1274.** – D) [...] *Prov. XII,16*: „Fatuus statim indicat iram suam“. [...]

**1275.** – E) Quinto cavere debet ne procedat in opere. In omni enim opere nostro duo debemus observare, scilicet facere iustitiam et misericordiam. Et ira utrumque impedit [...] Unde philosophus quidam dixit cuidam qui eum offenderat: „Punirem te, nisi essem iratus“.<sup>10</sup> [...]

**1276.** – Et propter hoc Christus non solum docuit nos cavere ab homicidio, sed ab ira. [...]

<sup>8</sup> Vgl. Aristoteles, *Nikomachische Ethik* IV 13 (1125b26-35).

<sup>9</sup> Vgl. *Regula S. Augustini* n. 10 (ed. Verheijen 63,193-195); vgl. Augustinus, *Epistula* 211,14 (CSEL 57,368,11ff.).

<sup>10</sup> Vgl. Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia* IV 1,1 (ed. Briscoe, 694,76f.), der auf Archytas hinweist, den Thomas selbst in *Q. de malo* 12,1 arg. 15 anführt. ferner Cicero, *Tusculanae disputationes* IV 36,78 (ed. Pohlenz, 400,17-26).

Sanftmut bedeutet nicht, in keiner Weise zu zürnen. Ein solcher Zorn ist also nicht sündhaft.

**1269.** – Es gibt noch eine dritte Art Zorn, die sich vor dem Vernunfturteil verbirgt. Dieser Zorn ist immer Sünde, läßliche oder schwere Sünde, je nachdem, was den Zorn hervorruft. [...]

**1271.** – b) [Der zweite Grund, warum wir uns nicht schnell zum Zorn reizen lassen dürfen, ist, daß jeder Mensch die Freiheit liebt und die Knechtschaft haßt.] Der Zornige aber ist nicht Herr über sich selbst. [...]

**1272.** – B) Er hüte sich aber, lange im Zorne zu verharren: [...] „Die Sonne soll über eurem Zorn nicht untergehen“ (*Eph 4,26*). [...]

**1273.** – C) [Drittens muß er sich hüten], daß der Zorn in seinem Herzen nicht weiter fresse und so zum Haß werde. Denn es ist ein Unterschied zwischen Zorn und Haß. Der Zorn wallt nur Augenblicklich auf, der Haß aber hat Dauer. Deshalb ist der Haß Tod-sünde: „Wer seinen Bruder haßt, ist ein Mörder“ (*1 Joh 3,15*). Das heißt: Wer haßt, tötet sich selbst, da er sich der Liebe beraubt, und (leicht auch) den Mitmenschen. Augustinus sagt: „Hab keine Streitigkeit miteinander oder schlichtet sie so schnell wie möglich, daß sich der Zorn nicht zum Haß auswachse und so aus einem Splitter einen Balken und die Seele zur Mörderin mache.“ [...]

**1274.** – D) [...] „Eine sanfte Antwort bricht den Zorn, ein hartes Wort weckt den Grimm“ (*Spr 12,16*). [...]

**1275.** – E) Endlich aber hüte sich der Zornige, daß sein Zorn nicht tötlich werde. Bei allem nämlich, was wir tun, müssen wir ein Zweifaches beobachten, die Gerechtigkeit und die Barmherzigkeit. Der Zorn aber verhindert beides. [...] Daher sagte ein Weiser zu jemandem, der ihn beleidigt hatte: „Ich würde dich bestrafen, wenn ich nicht zornig wäre.“ [...]

**1276.** – Und deshalb hat uns Christus gelehrt, uns nicht nur vor dem Mord zu hüten, sondern auch vor dem Zorn. [...]